Quelle:
Copyright:

Cod. CCXXVI.

Chartac: 4. Saecul: 15.

2
6.9.

1. Fol: 1a – 75b.

Andreae Speculum humanae salvationis.

Andrea Speculum humanae salvationis cujus initium est: "
"Incipit prohemium cujusdam novae compilacionis
Cujus nomen et titulus est speculum humane
salvacionis"

Sufficientem de hoc libro metrico notitiam videre licet in Codice XXXI. n: 1.

2. Fol. 79a – 91b

Stimulus amoris, pars I.

Stimulus amoris. Atque ulla inscriptione incipit: " Currite gentes undique". Quae verba idem opusculum designant, quod sub nomine: Stimulus amoris S: Bonaventurae peropportune tributum est. Longe perfectius habetur in Codd: CXLII n. 1. et CXCI. n: 4, in praesenti enim nonnisi partis primae fragmentum invenitur. Vide etiam sequentem n: 4.

3. Fol: 92a – 94a

S: Bonaventur. instructio sacerdotis ad miss: celebrandam.

S: Bonaventurae instructio sacerdotis ad missam celebrandam. Incipit: "Ad Missam celebrandam rex convidero attendenda." Extat in edit: Opp: S: Bonav: Lugd: 1668. T. VII. p: 71. Oudinus T. III. col: 479; ac editores novissimi in Diatriba p: 90. istud opusculum inter dubia collocant; Cavalesius tamen in Prodromo ad Opp: S: Bonav: L. 8. par. I. Cap. 3. §2. col: 585 illud loco suo movere non audet. Caeterum in codice nostro mutilum est, et in multis ab editione diversum.